

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3665

Auteur(s) : Louis IX, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Agnès, veuve d'Étienne Barbette [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1266, mars

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Louis [IX], roi de France, approuve l'arrangement sur l'acquêt de feu Étienne Barbette, qui avait une chapellerie, et de sa femme Agnès qui est désormais femme du sergent du roi Jean Sarrazin.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 712, p. 157.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod, cum Agnes relicta Stephani Barbeta defuncti, nunc uxor Johannis Sarraceni, servientis nostri, in augmentationem ejusdem capellanie quam olim idem Stephanus, de assensu dicte Agnetis, instituerat, dederit seu contulerit septem libras et duodecim solidos parisiensium annui supercensus et duo modia vini annui redditus ad mensuram Vernonensem de conquestibus dictorum Stephani et Agnetis factis constante matrimonio inter ipsios, ut dicebat Agnes predicta ; qui quidem supercensus et vinum debent percipi annuatim apud Vernonem et Longamvillam, super locis infrascriptis, videlicet : super masura Petri Anglici sita ad Sanctum Justum, inter masuram Nicolai Anglici, ex una parte, et masuram de Cheminee, ex altera, septem solidos et sex denarios ; item super masura Stephani le Monnier, sita apud Sanctum Justum, inter vineam Roberti Porin, ex una parte, et vineam Benedicti Auberti, ex altera, decem solidos ; item super vinea Nicolai Le Bigaut, que fuit Hilarie La Bernarde, sita juxta vineam Guillelmi Boveri, decem solidos ; item super vinea Eremburgie de La Haielle et heredum suorum de Piru, sita inter vineam Stephani Leri, ex una parte, et vineam Foucheri de la Haielle, ex altera, viginti sex solidos ; item super vinea Johannis de Maleseree de Tierri viginti solidos et unum modium vini albi ; item super vinea Johannis Frommage, de Garena, viginti solidos ; item super vinea Martini Le Truaut, sita inter masuram Johannis Butedeu, ex una parte, et vineam dicti Martini, ex altera, quatuor solidos, et super vinea ejusdem Martini, que dicitur vinea dez Mesieres, quatuor solidos ; item super masura Johannis le Munier, sita apud Sanctum Justum, inter vineam Hugonis Veugesin, ex una parte, et cheminum domini regis, ex altera, decem solidos ; item super vinea magistri Ludovici Cementarii, sita in territorio dez Doaires, aboutante ad vineam Huberti Quatrehommes ex una parte, et vineam Guillelmi filii Bernardi, ex altera decem solidos ; item, super vinea Petri Serjant, sita in Quarrellis, decem solidos ; item super domo Beatricie La Barbriere, sita in burgo Vernonis, inter domum Guillelmi Coisfete, ex una parte, et domum magistri Guillelmi Sellarii, ex altera, viginti solidos ; item, super vinea Johannis Piquet, sita en Cailloel, tres obolos et unum barillum vini albi, item super vinea Johannis Ohier de Cailloel, tres obolos et unum barillum vini albi ;

item super vinea Radulphi le Vachier, de Cailloel, tres obolos et unum barillum vini albi ; item super vinea Radulfi du Vivier, tres obolos et unum barillum vini albi ; nos, quantum in nobis est, donationem supradictam volumus et concedimus, et quod capellanus, qui pro tempore deserviet in capellania predicta, teneat et possideat in perpetuum, sine coactione aliqua extra manum suam ponendi, dictas septem libras et duodecim solidos, una cum duobus modiis vini, de predictis retentis nobis in premissis justicia et redibeneiis, si quas habemus ibidem, et salvo etiam in aliis jure nostro ac jure in omnibus salvo. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisius, anno Domini M° CC° LXV°, mense marcio.